UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio XC. Quid est Viuificatio noui hominis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

Resp. Nullo modo. Nam, vt ſcriptura teſtatur, nec impudici, nec idololatræ, nec adulteri, nec fures, nec auari, nec ebrioſi, nec conuitiatores, nec raptores, hæreditatem regni Dei conſequentur[a].

a 1.Cor.6.9.10.Eph.5.5.1.Ioh.3.15.

DOMINICA XXXIII.

QVÆSTIO LXXXVIII.

Quibus partibus conſtat Conuerſio hominis ad Deum?

Resp. *Remiſſione peccatorum:* Mortificatione veteris, & viuificatione noui hominis[a].

a Eph.4.22.23.24.Eſa.1.16.

De remiſſione peccatorum actum ſupra quæſt.84.

QVÆSTIO LXXXIX.

Quid eſt Mortificatio veteris hominis?

Resp. *Non quidem, propriè* verè & ex animo dolere, quod peccatis tuis Deum offenderis[a], eaque magis ac magis odiſſe & fugere[b]: *Sed paſſionum ac appetituum in ordinem redactio ſub lege Chriſti.*

a Ioel.2.12.13.2.Cor.7.10.Pſal.51.6.Mat.26.75.*b* Rom.12.9.Amos 5.5.

QVÆSTIO XC.

Quid eſt Viuificatio noui hominis?

Resp. Vera *peccatorum remiſſio, &* lætitia in Deo per Chriſtum[a], & ſerium *operoſum* ac promptum ſtudium inſtituendi vitam ex voluntate Dei omniaque bona opera exercendi[b].

a Pſ.51.10.Pſ.51.14.*b* Rom.7.21.22.Rom.6.13.

QVÆSTIO XCI.

Quæ ſunt bona opera?

Resp. Tantum ea, quæ ex vera fide[a], ſecundum legem Dei *& Eccleſiæ* fiunt, & ad eius ſolius gloriam referuntur[c]; non ea autem, quæ à nobis *erronea* opinione recti conficta[d], aut ab hominibus tradita ſunt[e] *ſuperſtitioſè*.

a Hebr.11.6.Heb.11.4.*b* Leu.18.4.Deu.12.32.Ezech.20.19.*c* 1.Cor.10.31.*d* Deu.12.8.*e* Mat.15.9.Eſa.29.13.

QVÆSTIO XCII.

Quid eſt Lex Dei?

Resp. Loquutus eſt Deus omnia verba hæc.

Exo.20.3.Deut.5.4.

Verſio eſt non proba: diſtinctio præceptorum eſt numerata nouatè: ſenſus, Communi Verſioni conſonus: Tranſeat.

Primum præceptum.

Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Aegypto, domo ſeruitutis. Non habebis Deos alienos in conſpectu meo.

Ne ſculpas tibi ſimulacrum, nec vllam ima-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN